



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 4. S. Severinus Agauniensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. Iulianus septimus Episcopus Turonensis,  
 A. C. 506. S. Perpetui Successor, & Tolosam missus,  
 ubi diem clausit. Verus ejus Successor  
 Greg. X. eadem ex causa ejectus, & in Exilio mor-  
 hist. c. 31. tuus est.

## §. IV.

*S. Severinus Agauniensis.*

*Vit. S. Seve-*  
*rin. to. 1. Act.*  
*Ben. p. 568.*  
*Boll. 11. Feb.*  
*p. 547.*

Ex his, quæ sequuntur, constat, haud  
 sine causa Alaricum Visigothorum  
 Regem potentiam Francorum reformi-  
 dasse, quippe Clodovei dextra interfe-  
 ctus est. Sed ante hoc Bellum Clodo-  
 veus in Febrim quartanam anno Regni  
 sui 25. Jesu Christi 505. incidit, & hoc  
 morbo annis duobus vexatus est, quin  
 Medicorum arte, vel Episcoporum ora-  
 tione levaretur. Tandem Tranquillinus  
 Reginus Medicus febricitanti suavit, ut  
 opem quæreret in Monasterio Agauni-  
 ensi, ubi S. Mauritii Reliquiæ servabantur,  
 & illius loci Abbas Severinus plurimos  
 morbos sanabat. Misit Rex unum e Cu-  
 biculariis suis nomine Transoarium, qui  
 S. Abbatem adduxit ad Regiam. Cum  
 S. Abbas in via Nivernum divertisset, in-  
 venit Episcopum Eulalium jam ab anno  
 integro ægrotantem, atque usu aurium,  
 & linguæ carentem. Illico eum suis pre-  
 cibus

---

utitur voce hodie usitata: *Les François*; sed  
 præterit. Melius diceret: *Les Francs*.

cibus sanavit, ita ut eadem die surgeret, ad Ecclesiam iret, Sanctum offerret Sacrificium, (\*) & populo benediceret. S. Severinus, dum Parisios intrat, Leprosum osculans, & Salivam affricans sanavit.

Sæculum VI.  
A. C. 506.

Ubi ad Regem venit, ante lectum decumbentis prostratus oravit. Tum surgens, detracta sibi Casula Regem induit, qui illico Febri liberatus est. Clodoveus Deum laudans, & ad pedes S. Abbatis procidens dixit: *Pater mi! totum meum ararium tibi offero, accipe pro pauperibus, quantum volueris. Et ego omnibus reis, & vinctis in Regno meo, quidquid deliquerint, vitæ gratiam facio.* S. Severinus multis aliis ægrotis in Domo Regis, & in Civitate Parisiensi sanitati restituitis, discedens venit ad Arcem Londonis in Territorio Vastiniensi, ubi se moriturum cœlesti revelatione acceperat. Id duobus Presbyteris, Paschasio, & Ursicino, qui ibi erant, manifestavit, rogavitque, ut Faustum Presbyterum, qui sibi

O 3 annos

(\*) Interpres Protestans, qui præter alios sex septemve errores, quos silentio prætereo, in Paragrapho II. *Chalon sur Saone* seu ad Ararim, reddidit: *Chalon an der Seine*, seu ad Sequanam, hic, *Sanctum offerret Sacrificium*, reddidit: *Das hohe Amt hielt.* Scilicet, ut sibi in visam vocem: *Sanctum Sacrificium*, dissimularet.

Sæculum VI. annos triginta servierat, commendatum  
A. C. 506. haberent. Post triduum migravit e vita,  
 eumque duo Presbyteri honorifice sepe-  
 lierunt. Plurimis Sepulchrum ejus cla-  
 ruit miraculis. Exinde Childebertus Clo-  
 dovei filius ibi fundavit Ecclesiam, cui ho-  
 die Canonici Regulares ministrant. S. Se-  
 verini memoria 11. Febr. honoratur.

*Mart. Rom.*  
 11. Febr.

## §. V.

*Clodoveus in Alaricum movet.*

*Greg. II.* Clodoveus sanatus ad suos dixit: *im-*  
*hist. c. 97.* *patientissime fero, Galliarum Partem*  
*ab Arianis occupari. Eamus, adjuvante*

*Hincm. vit.*  
*S. Rem.*

*vit. S. Ge-*  
*nov. c. ult.*  
*ap. Boll. to. I.*  
*p. 143.*

*Ibid. c. 6. n.*  
 26.

*c. 7. n. 40.*

Deo, vincamus, & Provinciam in Potesta-  
 tem nostram redigamus. Omnibus con-  
 siliis approbantibus, copiæ iter Picta-  
 vium, ubi tunc Alaricus morabatur, in-  
 grediuntur. Interea Rex ut in hoc Bello,  
 quod meditabatur, Deum haberet propi-  
 tium, Parisiis magnam Ecclesiam funda-  
 vit ad honorem SS. Petri, & Pauli supra  
 Sepulchrum S. Genovefæ, quæ paucos  
 ante annos ad cælos evolaverat. Hujus  
 Virginis Sanctitatem fama tam late per  
 orbem vulgaverat, ut S. Simeon Stilites  
 ex Mercatoribus a Gallicis littoribus ad-  
 vectis non nunquam quæreret, quid Ge-  
 novefa ageret, utque valeret. Per Vir-  
 ginis intercessionem plurimam Deus patra-  
 vit miracula. Sæpe Parisienses, & maxi-  
 me, cum aliquando dira fames premeret,  
 ejus